



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

In Capvt Tertivm Qvæstiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

CAPVT III.

NONO autem quinquagesimo imperij Tiberij Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudaeam, tetrarcha autem Galilaeae Herodes, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iudaeae Trachonitidis regionis, & Iysania Abilina tetrarcha, 2. Subprincipibus sacerdotum Anna, & Caipha: factum est verbum Domini super Ioannem, Zachariae filium, in deserto: 3. Et venit in omnem regionem Iordanis, praedicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum, 4. Sicut scriptum est in Libro sermonum Isaiae Prophetae: Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini: rectas facite semitas eius. 5. Omnis vallis implebitur: & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prana in directa: & aspera in vias planas. 6. Et videbit omnis caro salutare Dei. 7. Dicebat ergo ad turbas quae exibat ut baptizarentur ab ipso: Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? 8. Facite ergo fructus dignos penitentiae, & ne coeperitis dicere: Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus lapidibus istis suscitare filios Abrahae. 9. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. 10. Et interrogabant eum turbae dicentes: Quid ergo faciemus? 11. Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat. 12. Venerunt autem & publicani ut baptizarentur, & dixerunt ad illum: Magister, quid faciemus? 13. At ille dixit ad eos: nihil amplius, quod conseruitum est vobis, faciat. 14. Interrogabant eum & milites: Quid faciemus & nos? Et ait illis: Nemini concutatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendijs vestris. 15. Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Ioanne, ne forte ipse esset Christus: 16. Respondit Ioannes, dicens omnibus: Ego quidem aqua baptizo vos: venit fortior me, cuius non sum dignus solvere corrigiam calcamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu S. & igni: 17. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. 18. Multa quidem, & alia exhortans euangelizabat populo. 19. Herodes autem tetrarcha cum corripitur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, & de omnibus malis, quae fecit Herodes, 20. Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere. 21. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesus baptizato, & orante, apertum est caelum. 22. Et descendit Spiritus S. corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de caelo facta est: Tu es filius meus dilectus, in te complacui mihi. 23. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathat, 24. Qui fuit Levi, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, 25. Qui fuit Mathathie, qui fuit Amos, qui fuit Naheem, qui fuit Hessi, qui fuit Nagge, 26. Qui fuit Mahath, qui fuit Mathathia, qui fuit Semel, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda. 27. Qui fuit Ioanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, 28. Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosan, qui fuit Elmadam, qui fuit Her, 29. Qui fuit Iesu, qui fuit Elzezer, qui fuit Iorim, qui fuit Mathat, qui fuit Levi, 30. Qui fuit Simeon, qui fuit Inda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliakim, 31. Qui fuit Mela, qui fuit Menna, qui fuit Mathathia, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, 32. Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, 33. Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iude, 34. Qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, 35. Qui fuit Canan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, 36. Qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Jared, qui fuit Malaleel, qui fuit Canan, 37. Qui fuit Henon, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

IN CAPVT TERTIVM

ARGVMENTVM.

TERTIVS acceptae legationis à Ioanne ipsaque legatio exponitur; eius de Christo testimonium, & laudes; simulque indicat, cur in vincula eum Herodes coniecerit. Christi baptismum describit, & catalogum Christi maiorum usque ad Adam, Vt constet verum hominem, ex hominibus natum, & tabulis acta

prober.

Gentibus vero ista scripta esse satis indicat, quia ex eorum historia fidem dictis facere instituit. Quare factum puto, ut in Syriacae Ecclesiae haec ipsa die, festo Epiphaniae, quod vocant *ܩܘܕܫܐ ܕܥܝܢܐ* Rannetha legerentur. Hoc enim festum fuit reuelationis gentium. Titulus in Syro est: *ܩܘܕܫܐ ܕܥܝܢܐ ܕܥܝܢܐ* ad oblationem festi Epiphaniae.

Adami Conzen in Evang. Tom. II.

E 1 VERSVS

VERSUS I.

Anno autem quintodecimo imperij Tiberij Caesaris, procurante Pontio Pilato Iudaeam, tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturae & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinae tetrarcha.

QUESTIO I.

Quando Iohannes predicare incepit?

Tempus predicationis.

§. 1. Describit tempus initae predicationis Evangelij, per magistratus civiles & Ecclesiasticos; ac primo quidem, imperante Tiberio. Eodem verbo Caesaris & Pilati exponit: Latinis minus conuenit vera dictio, itaque diuerso modo vertunt.

Syrus Tiberij Imperium & Pilati praefecturam distinxit. Illud vocat regnum מלכותא מלכותא malchuta. hoc vero תְּרַחֲוִיָּא אֲרַחֲוִיָּא תְּרַחֲוִיָּא Higmantia. praefidarum ducatum.

Noster vertit, procurante, ita tamen procurator fuit, vt etiam gubernaret. Fuisse sub Syriae praefide, constat ex Iosepho lib. 18. cap. 1. Vbi accusatus apud Valerium praefidem Romam mittitur causam dicturus.

§. 2. De Tiberio etiam idcirco erat apud Christianos iucundius, quod in Deos Christum referre statuit: Tertull. Apol. cap. 6. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christianum in saeculum introiit, annunciatum sibi ex Syria Palaestina, quod illi veritatem illius diuinitatis reuelauerat, detulit ad senatum cum prerogatiua suffragij sui. Senatus quia non in se probauerat, respuit. Caesar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. Fuisse autem rem notam constat ex eiusdem libri cap. 21. Sed quoniam ad idem antiquissimis Iudaeorum instrumentis sciam istam esse sustulam, quam aliquanto nouellam, vt Tiberianis temporibus plerique sciunt, profitentibus vobis quoque fortasse: an hoc nomine de statu eius retractetur, quasi sub umbraculo insignissima religionis, certalientia aliquid, & propria praesumptionis abscondat: Vel quia praetertatem, neque de victis exceptionibus, neque de solemnitatibus dierum, neque de ipso signaculo corporis, neque de consortio nominis cum Iudaeis agimus, quod vtiq; oportet, sicidem Deo mancipemur: Sed & vulgus iam scit Christum, vt aliquem hominum, qualem Iudaei inueniunt, quo facilius quis nos hominis cultores existimauerit. Verum neque de Christo erubescimus, quum sub nomine eius deputari & damnari iuuat, neque de Deo aliter praesumimus. Necessesse est igitur pauca de Christo, vt de Deo totum.

Tiberius Christum Deum iudicauit.

Christus Deus.

Vnus Christus non duo.

§. 3. Tertullianus l. 4. aduers. Marcionem, ostendit duos Christos non esse. Constituit Marcion alium esse Christum, qui Tiberianis temporibus a Deo quodam ignoto reuelatus sit in salutem omnium gentium: alium qui a Deo creatore in resurrectionem Iudaici status sit destinatus, quandoque venturus. Inter hos magnam & omnem differentiam scindit, quantam inter iustum & bonum, quantam inter legem & Euangelium, quantam inter Iudaismum & Christianismum. Hinc erit & nostra praescriptio, qua designamus nihil Christo Dei alterius commune esse debere cum creatore. Caterum creatoris pronuntiandum si administrauerit dispositiones eius si impleuerit Prophecias eius, si adiuuerit leges eius, si representauerit promissiones eius, si restituerit virtutes eius, si sententias reformauerit, si mores, si proprietates expresserit. Huius pacti & huius praescripti, quae se Lector meminere vbiq; & incipe re-

cognoscere aut Marcionis Christum, aut creatoris. Anno quintodecimo principatus Tiberiani, proponit, Deum descendisse in ciuitatem Galilaeae Capharnaum, vtiq; de caelo creatore, in quod de se ipso ante descenderat. Et quid ergo ordinis fuerat, vt Christus prius de caelo suo in creatoris descendens describeretur? Cur & illa creaturae narrationis, deficientis in mendacio semper? Plane sensu scilicet dicta sint, per quae iam alibi retractauimus: An descendens per creatorem, & quidem aduersus ipsum potuerit ab eo admitti, & inde tramitti in terram aequae ipsius. Nunc autem & reliquum ordinem descensionis exoptulo, tenens illum descendisse. Viderit enim sicubi apparuisse positum est. Apparere subitae inopinatio, sapit conspectum, qui semel impigerit oculos in illud, quod sine mora apparuit. Descendisse autem, dum ait, viderit & subit oculos; de facto etiam ordinem facit. Atque ita cogit exire, quali habitu, quali suggestu, quoniam impetu vel temperamento, etiam quo in tempore diei noctisque descenderit. Praeterea quis viderit descendente, quis retulerit, quis assentauerit, rem vtiq; nec asseueranti facile credendam. Indignum denique vt Romulus quidem ascensus suis caelum habuerit Ereculum affirmatorem; Christus vero descensus de caelo sui, non inuenerit annunciatorem; quasi non sic & ille ascendens iisdem mendacij scatis, sicut & iste descendit.

§. 4. Natales Christi ex regno Herodis signant, & Augusti imperio, plures nro pro Herode nominant. Herodis Iudaeae enim in formam prouinciae redacta praefidem habuit, & tres praeterea in parte Dominos. Qui praetantideo in nauitate Augustum omisum, quod Iudaea proprium regem haberet, Herodem; non aduertunt, mox c. 2. initio mentionem edicti Augustalis facti quo indicatur, maiorem fuisse Augusti Caesaris in Iudaea, quam ipsius Herodis potestatem.

Summum igitur & subordinatos magistratos recesset. Regnavit Tiberius annis viginti duobus & dimidio. Imperium Tiberij summam vocat imperatoriam, scilicet ἀνοικτοκρατία imperatoriam. Tiberius Nero piagnus, gener & Successor Octauiani fuit.

QUESTIO II.

Quis Pilatus.

§. 1. Praeserat, seu ἡγεμὼν Iudaeorum, Praefidum Archelai relegati facultates in fiseum redegit, quo praefide primum Iudaeae Prouinciae Syriae accensa est. Ioseph. l. 17. antiq. c. vii. & l. 18. c. i. & 3. inde secuti Coponius, M. Ambiuus Annus Rufus, Valerius Gratus, Pontius Pilatus. Quamuis aliqui ex his Syriacis Praefides fuerint. Verum Pilatus sub Syriae praefide Iudaeam procurabat. Iosephus praefectura Pilati decennium tribuit, quod Tiberio morte finit. Decimus igitur annus Pilati in annum 22. Tiberij incidit, ac proinde primus in duodecimum, denique quartus in decimum quintum, aut decimum quartum. Mors autem Christi Tiberij decimo octauo, Pilati sexto vel septimo contigit, prout anni incipientes concurrunt. Iosephus l. 18. antiq. c. 3. Tiberium ait duodecimo anno reuocasse Valerium Gratum, & misisse Pilatum in Iudaeam cuius anno vt dixi quarto, Iohannis & Christi predicationem inchoant.

De moribus Pilati dictum Matthaei 27.

QUESTIO III.

Cur harum regionum Tetrarchas numerat?

§. 1. Origenes ideo feri ait, quod ex illis regionibus multis ad fidem venerint. Vera causa duo sunt, & literalis, vt Lucas Iudaicae Reipublicae formam, diuisionem, & seruitutem, in qua erat, cum Saluator aduenit, ostenderet. Prouincia enim quas nominat, sub

ADAMI
+ Euang.

sub Herodis regno fuerant, & Iudæa attributa. At
tam Tiberius crudelitaris immensa fenex imperat.
Palaus praesidium pacissimus, inuictissimus, Ieroso-
lymam & iudæam, Philippus Iudæam, & Trachonidem,
Lyfania Abilenem sub iugo tenent. Et omnes tamen
municipia erant, non modo Imperatorum, sed liber-
torum etiam illius, nedum praesidium & procurato-
rum.

§. 2. Tetrachæ erant precariae & limitatae pote-
statis, de qua potestate & dignitate à me actum est l. 7.
Politicoꝝ c. 21. §. 16.

§. 3. Græce τετραρχία, Tetrarcham agente,
Archelaus Ethnarcha à Cæsare vocatus est, sic paula-
tim & nomen & potestatem minuebat, vt Romani
seruitij capaces redderet. Simili stratagemate vetu-
stiores vsi sunt. Nam ijdem Romani Macedonia im-
perium quadripartitum fecerunt, vt debilitarent. Te-
trarcha à Syro vocatur טטריאריא caput seu prin-
cipis quartæ partis.

§. 4. Iudæa eodem pene loco erat, à Iether If-
maelis filio dicta est Gen. 25. & 1. par. 5. 19. Hanc olim
rex Iudæoꝝ Aristobulus Iudæa adiecit Ioseph. l.
3. de bello Iudaico c. 2. A fonte Iordanis incipit, vbi
Panaes siue Cælarca Philippi, & occidentem versus
menditur ad fines vsque Sidonios, Tyriosque.

QVÆSTIO IV.

Quis Lyfania?

§. 1. BEda & Euthymius Herodis filijs accensent, &
partione regni paterei donatum putant: cum
filijsem Herodis nominatur. Verum Iosephus tres
dixit Herodis filios agnoscit, Herodem, Philip-
pam, Archelaum qui hoc tempore superessent. Lyfa-
nias alius fuit, Ptolomæi Mennæi filius, quem Anto-
nius occidit, eius filium arbitrat Maldonatus. Ge-
nebrardus eundem principatum Chalcidis & Aby-
lenes putauit. Lyfania ex Dynastis Chalcidis. Iof. l.
11. c. 5. à Zenodoro eius ditionem cōductam esse tra-
dit, erat vt dixi inter Libanum & Antilibanum. Caius
Caligula Lyfania tetrarchiæ & Philippi Agrippæ do-
nauit. Ioseph. l. 18. ant. c. 8. Claudius quoque vt idem l.
9. c. 4. alteri donauit.

Theophylactus etiam Lyfania à filijs Herodis
non distinguit, dicit enim, filijs Herodis Tetrarchias
tenentibus. Itaque vel ideo hoc dicit quod ille Hero-
dis filius, vel quod Abylene ad Herodem pertinue-
rit.

QVÆSTIO V.

Qua Abylina?

§. 1. AByla, Lyfanium etiam vocata est. Ptolomæo
est vrbis Syriæ caua seu Cælesyriæ, ita est apud
Ptolomæum tab. 4. Afriæ. longitudinis gradu 68. min.
45. Latitudinis 33. min. 20. Itaque occidentalior, &
Borealior erat Damasco, trans Libanum posita con-
sentit Plinius. Stephanus aliam Abylam ponit ad Ior-
danem, sed eam vocat Ptolomæus Abidam, nisi in
hoc vel illo sit error aliquis. Sed & Iosepho vrbis est
ad Iordanem. Plinius l. 5. cap. 18. Vnam ex sex Tetrar-
chijs ait, quæ Decapoliā cingunt. Iungitur ei latere Sy-
ria Decapolytana regio, à numero oppidorum, in quo non om-
nes eadem obseruant. Plurimi tamen Damascum & Opaton
vrbes ante Chrysoꝝ boea, fertilem Philadelphiam, Rapha-
nam, omnia in Arabiam recedentia. Scythopolin, antea Ny-
sam, à Libero patre, sepulta nutrice ibi, Scyribus deductis. Gad-
lara Hieroniace presluente, & iam dictum Hippon Dion,
Pellam aquæ diuitem, Galasam, Chanatham. Intercursant
singulae hæc vrbes tetrarchie, regionum instar singula, &

in regna contribuuntur, Trachonitis, Panias, in qua Cæsarea
cum supra dicto, Abila, Arca, Ampeloesia, Caba.

Cum igitur duæ sint Abilæ, & regio Abilene. Vtra
fit de qua Euangelista loquitur, incertum est. Pro ea
quæ ad Iordanem ponitur, ratio historiae facit. Nam
partem Iudææ esse oportet; Curenim Euangelista ex-
terum Tetrarcham nominaret? Quid Abilenæ illi
quæ supra Damascum est, cum regno Herodis & Iu-
dæa. E contrario vt illa sit, mouet, quod est in tabulis
Ptolomæi Abylam vt dubium non sit eam esse, in
qua Lyfania regnauit. Imo, non vocat eam Pto-
lomæus Lyfanium, sed Abylam cognomine Lyfanijs,
Hanc esse scriptura cogit credere, cur eam nominet,
incertum est.

QVÆSTIO VI.

Qua Trachonitis?

§. 1. I Ta dicta ab asperitate montium, colliumque. Trachoni-
Trans Iordanem erat, & à fontibus eius vsq; la-
cum Tiberiadis protenditur. Hanc cum Iudæa, Auri-
niride, Paneade, Baranæa, Cæsar Herodi donauit,
postquam ille Cæsaream Palæstinæ in illius hono-
rem extruxit. Iosephus l. 14. antiq. cap. 13. Has omnes
Philippus tenuit regiones, & Cæsaream Philippi præ-
cipue excoluit.

Cum autem τραχωνίτις ab asperitate Græcis dica-
tur, non est dubium aliud olim nomen fuisse gentem
ab Aram filio Cis ait Hieron. Ab Antilibano ad lacū
Tiberiadis protenditur. Syrus vocat טרעאנא Tracanna
retento Græco nomine.

Non pertinet huc τραχωνίτις quo est Isauriæ, vel pars
Ciliciæ extra Taurum, de qua Strab. l. 14. Vnde & po-
puli Tracheotes dicuntur. Trachina & Traciana An-
xur dictum, est & Trachin in Phthiotide Plin. l. 4. c. 8.

VERSUS 2.

Sub principibus sacerdotū Anna &
Caipha: factum est verbum Do-
mini super Ioannem filium Za-
charia in deserto.

QVÆSTIO I.

Quomodo Annas & Caiphas sacerdotum
principes?

§. 1. NOn erant duo summi apud Iudæos pontifi-
ces: nullum enim exemplum dari potest. V-
nus alteri substitui poterat.

§. 2. Hinc variæ expositiones. Prima, prædicatio-
nem Christi & Ioannis sub vno cæpisse, sub alio con-
tinuatam. Id refutat Ioseph. l. 18. Nam Caiphas à Va-
lerio Grato factus sacerdos, toto Pilati tempore fere
permanit. Euthymius ait Annæ senis Caiphæ fuisse
adiutorem. Alij Caiphæ fuisse sacerdotem summū,
sed Annæ vt locero, & qui fuerat sacerdos, nomen ho-
noris causa tribui. Verum eodem modo alios nomi-
nare oportuisset, quos Gratus deposuit. Responderi
posset, Eos iam defunctos, aut renunciassse: Annam
minime.

Maldonatus noster alternis annis administrasse
putat, ex Ioan. 11. 49. 51. & 18. 13. Baronius id fieri po-
tuisse negat, nam sic non potuisset sub vtroque inci-
pere. Non incommode responderit, vtrumque no-
minari, quod sub vno inceptum Pontificatum admi-
nistrante, altero iam designato, & certo successore.
Baronius vult, Annam fuisse præsidem concilij Zane-
drin,

Handwritten notes in red ink, including the word "Tarracina" and other illegible characters.

drin. Id alijs minus probabile videtur. Non fuisse Annam praesidem tantum Synedrj videtur ex Act. 4. 6. probati. Et Anna princeps sacerdotum, & Caiphas, & Ioannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Vbi videtur neglgi Caiphas & secundo loco pontifex cum tam in religionis causa ageretur, in qua primas summus sacerdos tenebat. Iosephus Pilati tempore mansisse Caipham refert, sed non opus fuit, vt toto omnino tempore, vt non & alteri vices daret. August. tract. 113. in Ioan. alternis gessisse annis.

§. 3. Iosephus l. 20. ant. c. 8. omnes Annæ filios fuisse pontifices ait: Annam Syrus vocat *בְּרַבָּה בְּרַבָּה* berabur cohanutha. Sic enim pontificatum deturbat, & dignitatem inter sacerdotes etiam aliam, quæ non est summa. Vocatus est Anna Iosepho Ananus, Caiphas etiam Iosephus dicitur. Franciscus Brugensis, nomen honoris causa datum, & Ioseph. l. 20. ant. & l. 4. de bello vbi vocat passim pontifices, qui ea functi dignitate fuerunt. Credo vix super fuisse, qui ante Annam gesserunt pontificatum, Annas a Quirino designatus diu Pontificatum gessit, nempe circa Domini natiuitatem factus Pontifex: Deinde factus est Pontifex Ismael Pali filius, tertio Eleazar Annæ filius, Ioseph. l. 18. ant. c. 3. Denique intercedere alio, gener eius Caiphas successit. Quorum nemo dicitur Pontifex, & vixisse tamen aliquem credibile fuit.

Caiphas
verus Pontifex.

Si obijcias Anna viuo neminem vere fuisse Pontificem, ideo non nominari, sequetur pari modo nec Caipham fuisse, qui tamen ideo prophetauit, quia erat Pontifex anni illius. Verus ergo Pontifex erat & Caiphas. Caluinus potentia tyrannica sacerdotium laceatam purat, vt dimidia pars apud Annam, altera dimidia apud Caipham resideret. Hæc Lucam dicere vt ostenderet verum tunc vnum non fuisse pontificem, sed Caipham fuisse constat ex passione Domini.

Caiphas officio, Annas potentia summus Pontifex.

§. 4. Mihi si fas est inter istos etiam sententiam proferre. Non videntur alternis gessisse magistratum, contrarium enim Iosephus asserit, qui in re nota & recente, cum testes viuerent, causam non habuit, cur fidem suam redderet suspectam. Deinde principes sacerdotum dicebantur, non modo summi pontifices sed principes familiarum. Principes etiam quia auctoritate valebant, & potentia, vt constat de Anano. Principem igitur Caipham appellat, quia Pontifex erat. Annam quia dignitate, fama, potentia princeps.

VERSVS 3.

Et venit in omnem regionem Iordanis, predicans baptismum penitentiae in remissionem peccatorum.

QVAESTIO I.

Quæ regio circa Iordanem?

§. 1. **L**ucas vocat *τὴν ἀριζωρον τὴν ἰορδάνην*, regionem quæ erat circa Iordanem. Ioannes 1. 28. locum nominatiue describit. Hæc & cap. 3. 23. Erat autem & Ioannes baptizans in Amon, iuxta Sallim, quia aqua multauerant ibi. *ἀριζωρον* ita nonnulli exponunt, vt velint significari, eam regionem quæ est circa bethichium Iordanis, quod circuli modo extenditur Ierichuntem versus, eam Marcus 1. 4. desertum vocat, & Matth. desertum Iudææ. Non autem regionem fuisse in altera parte trans Iordanem in Petra. Verum malo *ἀριζωρον* dicere, quæ vtrinque Iordanem cingit, & ripam præbet. Colligitur ex Ioannis 1. 28. Vbi dicitur

Regio vtriusque, circa Iordanem.

trans Iordanem in Bethania fuisse, quæ vel Bethabera, vel alia Bethania est ab ea, quæ quindecim stadijs abest Ierosolymis. Ioannem autem fuisse trans Iordanem constat ex Ioan. 1. 40. Hoc etiam ex Syro colligitur, ille enim *ἔρχεται* vertit regionem circumiacentem Iordanem, *ἔρχεται* dicitur.

VERSVS 3.

Omnis vallis implebitur, & mons humiliabitur, & erunt praua in directa & asperas vias planas.

QVAESTIO I.

Quomodo omnis vallis implebitur, & mons humiliabitur?

§. 1. **S**Y us plurali vtitur, omnes valles implebitur, & collis deprimentur, alteram vero partem sic explicat. Et tumulus fiet humilis, & aspera regio plana.

Cum præcedentibus cohæret, quia enim iussit vis sterni ac planari, vt Dominus exciperetur, ostendit id egregie per Ioannem factum; adeo vt omnis mons humiliatus sit, & vallis impleta, vt æquali planitie, quasi pavimento rex nouus incederet, nihil enim obstare decuit. Hæc literalis est expositio: morales plurimæ sunt, primaria est, Pusillanimes animis erigendos ad gratiam accipiendam, superbos animos itatem ac fastum posituros.

§. 2. Via parata est, non omnis tamen mons in planitiam tractus, nec vallis omnis impleta: sed que Domino aduenienti poterant obistere, & quique salutarem penitentiam egerunt, pro cliuem viam effecerunt Domino aduenienti.

Præua *ὄρη*, obliqua viarum, erunt in directa, *ὄρη* *ἰσοπέδων* in viam rectam, subauditur enim *ὄρη*, noster legit *ἰσοπέδων* plurali numero. Id adeo ex collium & vallium æquatione fieri necesse erat, ob hæc enim flexu viarum ducuntur. Mores igitur prauis, & cupiditates extra orbitam solitæ in viam reducentur, non tortis philosophorum disputationibus, sed doctrina Euangelij.

Aspera Græcus effert genere feminino, *ὄρη* *ἰσοπέδων* *ἰσοπέδων* *ἰσοπέδων*. Et aspera in vias leues, faciles. Nō de sententiis, sed illis, quæ petris aut alia ratione sunt inæquales, opponit enim *ὄρη* *ἰσοπέδων* planis, & quasi pavitis, politis.

VERSVS II.

Respondens autem dicebat illis: Qui habet duas tunicas, det non habenti: & qui habet escas, similiter faciat.

QVAESTIO I.

Cur de elemosynis solis mentionem inducit?

§. 1. **L**ia etiam mandata dedit, sed populam ad elemosynam hortatur, quæ admodum Nabuchodonosor

QVÆSTIO I.

Qua militibus mandatur?

Militia
permissa.

§. 1. Milites vocat Syrus a stratia, ubi notat glossa Syriaca מן לטורין à lingua Iouan, vt & in voce ἀστράτιον, quam Syrus retinet.

Concors Patrum & Interpretum sententia est, militiam non vetari, non enim sacramento soluit Ioannes militem, sed leges militandi præscribit, de his Matth. 8. 10. ex August. l. 2. contra Faustum. c. 74.

§. 2. Primum mandatum est neminem concussuris. Non agit de verberatione, quamuis id quoq; militibus frequens est peccatum, sed dicitur מִן דְּבִירָא דִּיאֲרִיִּי אֲרִיִּי, neminem concussuris. scelus est concutere, terramotibus proprium est. סְרִיסוּיִם enim vocantur. Dicuntur & illi סְרִיסוּיִם, quorum spes & fortunæ concutiuntur. Est etiam idem quod calumniari, auctoritate, & potentia terreti, per magistratus vexare magistratus muneribus corrumpere. At quomodo id in milites conuenit, qui gladio, non iuris prætextu opprimunt, iam dicam, Concussio est terror iniectione extorquenda pecuniæ, vel rei alterius causâ. Cuiusmodi, alijque.

§. 3. Manifestus itaque error Beza est. [Vulgata, Calumniam facite: quod certe potius rogata, quam armata militiæ conuenit. Ego vero existimo דיאֲרִיִּי אֲרִיִּי ad vim manifestam, סוּרְוֹ קִרְוֵיִם ad rapinas cæterasq; fraudulenta potius quam manifeste violenta iniurias referri, sicut apud Hebræos distinguuntur מִן גַּזְזָל & מִן חֲשָׁחַק.

Nihil est armata & in pacato quiescente militiæ calumniosus. Aperta rapinæ vix in vsu erant, nouæ igitur artes exquirenda. Nec militiæ grauis Germanis erat, tempore Variarum cladis, sed calumnia; itaque in caudicibus præcipue sauebatur, & lingua insultabant, Vipera etiam nunc sibila. Erant autem illa in militibus pleraque.

§. 4. Porro quid sit concussio, Leges nos docebunt, haud paulo sinceriores antiquitatis custodes, quam Beza. Est vero titulus 13. p. libr. 47. de concussionibus. Si simulato presidio iussu concussio interuenit, ablatum eiusmodi errore restitui præses prouinciæ iubet, & delictum coercet, ita Vlpianus l. 5. opinionum.

Et Concussionis iudicium publicum non est. Sed si ideo pecuniam quis accepit, quod crimen minatus sit, potest iudicium publicum esse ex senatusconsultis, quibus pena legis Cornelia reneri iubetur, qui in accusationem innocentium coierint, quive ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum, vel non denunciandum testimonium, pecuniam accepit. Vt habet Macer. l. 1. iudiciorum publicorum.

§. 5. Contentos stipendijs ἀσπίδων esse iubet, non modo rapinas vetat, sed etiam iniquas præmiorum flagitationes, quæ per bella ciuilia inualuerant, adeo vt orbis possessiones magna parte mutarentur. Talis erat lex Aureliani ad Vopiscum Tribunum Si vis tributus esse, imo si vis viuere, manus militum contine. Nemo pulchrum alienum rapiat: ouem nemo contingat: vnam nullus auferat: segetem nemo detrahat: oleum, sal, lignum nemo exigat: annonam suam quisque contentus sit: de præda hostium, non de lacrymis prouincialium habeat arma: ceruicæ sine ferramenta Samiata, calcamenta fortia, vestiu noua veste veterem excludat, stipendium in balneo, non in popina habeat, eorum quem brachialem & annulum opponat, equum saginarium suum defricet: mulum centuriatum comiter curet: alter alteri quasi seruus obsequatur: à medicis gratis curentur: aruspiciibus nihil dent: in hospitij castro se agant: qui litrem fecerit, vapulet. Hæc disciplina vim apertam coercet, qua prohibiti milites ad calumnias & concussiones se conuertebant.

Leges
militares.

QVÆSTIO II.

An militare liceat?

§. 1. Perique militiam licitam esse ex hoc loco probant, non enim soluit eos Ioannes sacramento, sed modestiam præscribit vt dixi. Si enim militiam ipsa damnabilis esset arma ponere iussisset. Errant igitur Anabaptistæ, cæteri que, de quorum errore egil. 10. Polit. c. 3. §. Patres omnes excepto Tertulliano, cuius inter cætera etiam hoc paradoxon est, qui bello iusto militare permittunt. August. serm. 19. de verbis Domini. & l. 22. c. 74. & c. 75. Quibus & ius Canoniceum vitur 23. q. 1. c. Militare & c. qui culpatur. Amb. de officijs. l. 1. cap. 27. & 29. & 40. & 41. Ius est enim principi sua repetendi August. l. 19. de ciuit. ca. 19. Arist. l. 7. polit. c. 14. & 15. Vide D. Thom. 2. 2. q. 88. & Bernard. serm. ad milites templi, serm. 3. & mea Politica l. 10. c. 3.

Satis superque de bello veteres disputant, sed omnia Erasumus reuocat in dubium, cuius est error hoc loco conspicuus. [Mibi non admodum probatur, quod quidam ex hoc loco probare nituntur bellum, quasi vero Ioannes hæc dixerit Christianis, ac non potius ethnicis, aut certe profanissimis Iudæis, liquet. Iudæi meruerunt vnquam sub ethnicis: aut hoc gerit, vt præscriberet cuiusmodi deberent esse milites, & non illud potius, vt qui pessimi erant, inciperent esse minus mali. Notat id eleganter Theophylactus, Turbas, inquit, hortatur vt aliquid boni faciant, hoc est, sua impartiunt, Publicanos autem ac milites resistant à malis. Neque enim capaces illi erant, neque bonum quippiam facere poterant, sed sufficiebat eis, non facere malum. Ita Theophylactus. Miles enim qui spoliari iniuste ne miles quidem bonus est, tantum abest vt sit vir bonus. Sic enim vndiq; præparabat viam Domini. Alio qui qui potuisset Ioannes ab illis extorquere militiam, cum Christus à Iudæis non extorsit cærimonias & superstitionem Mosaicæ legis, & hominum constituta iugula? Quis negat Iudæis permissum fuisse bellum? sed ipsos, quibus permissum fuit odium inimici. Bellasse Iudæos legimus, stipendijs meruisse sub alienis ducibus non legimus. Bellabant Iudæi, sed iussu Numinis. An ob id volumus Christianos contra Christum belligari? imo ferrum & lanicam habere venale. Gregorius negotiationem inter artes ponit, ad quas à baptismo non sit fas redire, & nos homines facinorosos, qui quavis mercede pellecti, aduolant ad bellum & cadem Christianorum, imo si desit conductor, vltro erumpunt, inter Christianos habemus, & hos Enangelico patrocinio tue mar. Neque vero me fugit, quid hic disputet Augustinus, cum alias, tum aduersus Faustum: Sed fas esse puto, Christi & Apostolorum doctrinam anteponeere Augustini sententiæ. Nectamè ille probat hoc bellorum genus, quibus sine fine collidimur. Pro publica Christianorum pace tendenda, Cæsari, Cæsarisq; præfatis concedit arma. Verum hæc non est purissima pars corporis Christi. Religiosus erat id temporis Imperator, quisquis non opprimeret ecclesiâ, & alicubi faueret. Nunc belligerantur episcopi, nec aliud fere quam belligerantur. Ambrosius libro de viduis, palam declarat, quibus armis vellet esse instructos sacerdotes & pure Christianos. Arma, inquit, Ecclesiæ fides est: arma Ecclesiæ oratio est, quæ aduersarium vincit. Atque inibi Ecclesiæ autem non armis secularibus vincit aduersarias potestas, sed armis spiritualibus, quæ sunt fortia Deo. Sit igitur bellum, si videtur inter necessaria mala, si modo legitimum sit. Nec est necesse, vt hoc ius ex euangelij præscriptis reperamus. Sed hæc de rebus alijs dabitur dicendi locus.

Respondeo. Christianis non dixit, sed Iudæis & Eth-

ADAMI
+ EUGENI

Explendit, quo vnicō Baronius nititur. Et si esset, poster tamen aliter exponi, vt illa verba Luc. 2. Postquam consummati sunt dies octo, vt circumcidere- tur, hoc est, dum consummantur, vltimo die: nam octa die, non nono circumcisus est. Sed tuor Ignatij, non interpretis verba. Pueri olim ex doctiss. Iacobi Gretseri Grammaticā didicerunt, Aoristos non prateritam modo sed futuram & presentem si- gnificationem habere. Vt vero ex scriptura exem- pum derit Genes. 23. ἦλθε Ἀβραάμ κοιλιάου Σαρ- ραι καὶ περιήσθη. Iuit Abraham vt lugeret Saram, verti igitur potest, καὶ ἡεὶς δεκάδας πολλῶν ἐπιει- κων, cum tres decades annorum ageret, si πολλῶν ἐπιει- κων presentis, quod praterito cōnectatur, accipiat.

Vtuntur sane Genes. 5. Aoristo ἐγενήθη interpretes se- ptuaginta, nec tamen dubito, quin aliqui eorum non- dum plene absoluerint eos annos. Plurima sunt ex- empla, quibus Aoristi participiorum iuncti verbo, si- gnificant cōnecti omnia, non praeceffisse, ita Gen. 23. ἦλθε ἡεὶς δεκάδας ἡεὶς ἡεὶς ἀβραάμ εἰπὼν. Respondens autem Ephron Chetæus ad Abraham dixit: Vbi non recte verbes, postquam respondisset, dixit, ut expleret responsione dixit. Sed potius, respondendo dixit. Ita & hic πολλῶν ἐπιεικων ἡεὶς ἡεὶς, dum tres decades ageret, baptizatus est. Ignatij igitur testimonium sen- tentiam illam non fulcit: nec causa sufficiens est vt à communirecedatur.

Nec firmi aliquid nobis secularis historia præbet. Cuius vel hoc certissimum est indicium, quod Oua- phritus, Baronius, Deckerius, alijq; non modo disse- runt, sed etiam facile aliorum opinionis destruunt, suas non nisi coniecturis probare possunt.

§. 2. Quamuis enim de integris annis iudicium fi- eri queat facilius, de mensibus tamen, & partibus an- ni statere difficile est. Nam de Augusti annis non omnino certum est, & à quo tempore Tiberij sint numerati controuersum est, statim ille quidem im- perium arripuit, sed diu recusauit, vt simulatione ci- uilitatis & modestiæ animos exploraret. Deinde quo mense Tiberij sit baptizatus, etiam controuer- sum est.

§. 3. Græcus textus communem sententiam mi- litatis confirmare videtur. Sic habet: καὶ αὐτὸς ἦν ὁ ἡεὶς ἀπὸ τῶν ἡεὶς ἀπὸ τῶν δεκάδων ἀρχόμενος ὢν. Si dixisset, tantum ὡς ἐπὶ τῶν ἡεὶς ἀπὸ τῶν δεκάδων ἀρχόμενος ὢν, omissis verbis, ἀρχόμενος ὢν, incipiens, existens. Non esset dubia significatio, eum vel fere esse triginta an- norum, vel agere tricesimum annum. Si enim absol- uisset annū tricesimum, absolute dixisset fuisse trigin- ta annorum: nec enim dubitabat de Christi ætate: nunc numerum rotundum posuit, siue fere ad annum illum perueniret, siue inchoauerit.

Verum cum addiderit ἀρχόμενος ὢν, incipiens, exi- stens, vt utiq; referendum est ad superiora, videlicet annos, vel prædicationem, non autem post ἀρχόμενος scribendum comma, vt ὢν referatur ad sequentia, vt sensus sit: ὢν ὡς ἐπὶ τῶν ἡεὶς ἀπὸ τῶν δεκάδων ἀρχόμενος ὢν, non enim erat Fi- lius Ioseph: Deinde noster ἀρχόμενος retraxit ad supe- riora, ὡς omisit; dicit enim, Incipiens quasi annorum triginta. Coactum autem videtur vt Incipiens refe- ratur ad initium prædicationis, cum Genealogiam scribat, & c. 4. ordiatur de Euangelij prædicatione narrationem. Incipere autem quasi tricesimum an- num non dicitur qui finit: dixisset enim Euangeli- sta ὡς ἐπὶ τῶν ἡεὶς ἀπὸ τῶν δεκάδων ἀρχόμενος. Nam quod sic inter- pretauerunt, erat incipiens quasi triginta annorum. Id est, incipiebat esse annorum triginta & vnus, ita vt iam inciperet esse annorū triginta absolutorum, con- iectum est: etsi enim sic loqui possimus, & intelligi,

non tamen ita loquuntur homines, sed dicunt absol- uisse triginta annos, aut ingressos tricesimum primū. Sic ergo Græca interpretor, ἀρχόμενος ἐστὶν τριάντων, quasi si latine diceremus, Incipiens annos triginta. Quod autem ait ἀρχόμενος ὢν ἐπὶ τῶν δεκάδων, non est dubium Græco more & dialecto ὢν poni pro ὄναι, ἀρ- χόμενος ὄναι. Incipiens esse annorum triginta. Quod si quis sic eludat, incipiens esse triginta absolutorum, & ingredi tricesimum primum, non poterit quidem verbis illis refelli, sed cum nec vulgus, nec auctores ita loquuntur, nouā loquendi formā ab Euangelistā se deceptum fateri debet, dum aliter loquitur, quam so- let intelligi. Syrus omisit ἀρχόμενος ὢν, fuisse ait ἡεὶς ἀπὸ τῶν ἡεὶς ἀπὸ τῶν δεκάδων ἀρχόμενος ὢν, quasi filium annorum triginta. Vbi non addidisset quasi, si iam absoluisset.

§. 4. Contra Marcionitas hoc ex loco humana Christi natura probatur. Ex Adam enim natum esse primogeni- Lucas docet. Porro frivolum est, quod illi obijcie- bant. Deuissē ex Adamo & Eva ante omnes alios nasci, vt esset primogenitus. Sed constat primogeni- tum esse non ætate, sed dignitate, & in omnes fratres dominio. Idem obijciunt. Fore Christum ex gene- ratione impurum, si ex damnatā māsā nascatur. Ver- ram excipit eum Apostolus 1 Cor. 15. 47. Quia secun- dus Adam est de cælo, cælestis.

Calvinus 1. 2. instit. c. 13. §. 4. Ambigue responder. Neq; enim immunem ab omni labe facimus Christum, quia tantum ex matre sit genitus absq; viri concubitu, sed quia sanctificatus est à Spiritu, vt pura esset generatio & integra, qua- lis futura erat ante Adæ lapsum. Alio enim modo respon- dendum est. Ideo immunem fuisse, quia sine concu- bitu generatus est; ideo quia B. Virgo iam sanctifica- ta fuit: non tantum, quia Christus in generatione sanctificatus est. Sanguis enim immaculatæ Virginis ex quo corpus Christi Spiritus sanctus formauit, nun- quam sub peccato fuit.

QVÆSTIO III.

An sit annus tricesimus ad baptismum expectandus?

§. 1. Nabaptistæ puerilitate arguantur, Christum non nisi adultum esse baptizatum, non igitur in infantibus posse baptismum confecti. Seruetiani tamen illam multis modis viger. Nec tamen contra Lutheranos, & Calvinianos nullam vim habet, Catholici facile respondent. Idcirco autem illos argu- mentum premit, quoniam falso docent, Ioannem in- stituisse baptismum noui testamenti, idemque esse cum baptismo Christi. Deinde quoniam in Eucharistia similes ritus, vt vtramq; speciem, fractionem, concio- nem adurgent, nec circumstantiam aliquam deesse si- nunt. Ieiungunt igitur Seruetiani, & ætatis circum- stantiā pertinacissime exposcunt. Quibus facile oc- currimus. Etenim si verba minutim exigimus, anno trigesimo baptismus collatus, duntaxat validus erit. Quis autem credit in tanta multitudine concurrenti- um, baptizatos solos esse qui annum tricesimum age- rent. Deinde non erat ille baptismus Christi, sed Io- annis, & baptizabantur in pœnitentiam, quod paru- lis non conuenit. Christus à baptismo prædicatione inchoare voluit, & Ioannis baptisma appro- baret. Cum enim Ioannes Christo testimonium daret, oportuit eum quoq; à Christo firmari. Cum ergo Ioannes opinione sanctitatis & verā virtute Christo testimo- nium daret, Christus vt diuina maiestate, & miraculis Ioannis testimonium ratum faceret, annus ille ele- ctus est, non ad certam temporis legem, sed Euange- lij constitutam prædicationem.

Handwritten marginal notes in red ink, including the word 'Sola' and other illegible characters.